Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



diem? et cupit uidere dies bonos? Quod si tu audies
respondeas ego? dicit tibi deus Si uis habere uitam et per
petuam uitam? prohibe linguam tuam a malo? et labia tua ne
loquant dolum Diuerte a malo et fac bonum? inquire pacem
et persequere eam Et cum hec fecerits? oculi mei super uos· et
aures mee ad preces uras Et ante quam me inuocetis?
dicam ecce adsum Quid dulcius nobis hac uoce domi
ni nostri uocantis nos fres karissimi? Ecce pietate sua demon
strat nobis dominus uiam uite Prologus Cap iiij·
Suscipiatis ergo fide uel obseruancia bonorum actuum
lumbis uestris· ministerium euangelij pergamus itine
ra eius? ut meeramus eum qui nos uocauit in regno suo ui
dere In cuius regni tabernaculo· si uolumus habitare?
nisi illuc bonis actibus currendo· minime peuenitur
Sed interrogemus eum propheta· dominum dicentes ei Do
mine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut requiescet
quis in monte sancto tuo? Post hanc interrogacionem
fres audiamus dominum respondentem et ostendentem no
bis uiam ipsius tabernaculi? ac dicentem Qui ingedit
sine macula· et operatur iustitiam? qui loquit ueritatem in
corde suo? qui non egit dolum in lingua sua· qui non fecit proxi
mo suo malum? q obprobrium non accepit aduersus proximum
suum? q maligno diabolo aliqua suadente sibi· cum ipsa sua
sione sua a conspectibus cordis sui respuens deduxit ad ni
chilum? et parulos cogitatus eius tenuit et allisit ad petram·
Qui timentes dominum de bona obseruancia sua non se
reddunt elatos? sed ipsa in se bona non a se posse sed a do
mino fieri existimantes? operantem in se dominum mag
nificant? illud cum propheta dicentes Non nobis domine